

1856

2 CAP. I. DE PERSONIS CUM CAPIENTIBUS,

<i>An qua vita emendatione desinat esse meretrix?</i>	<i>Quanam sit meretrix prasumptivè talis?</i>	50. seq.
<i>Meretrix nupta honesteque vivens an adhuc sit pro meretrice habenda?</i>	<i>Quomodo meretrix differat à Concubina?</i>	52.
<i>An adulterium cum ea committatur, & intellectus L. 13. §. 2. d. adult.</i>	<i>Leones etiam questum meretricium recipiunt.</i>	53. seq.
<i>An maritus meretricis sit leno & infamis?</i>	<i>Qui dare possint questum meretricium?</i>	55.
<i>Uxor meretricio more vivens est meretrix.</i>	<i>Meretrici rectè aliquid donatur.</i>	56.
<i>An cum ea adulterium committatur, & quæ ejus pœna?</i>	<i>Sed miles ei nihil donare potest, & quæ ratio.</i>	57. seq.
<i>Interpret. L. 22. C. de adult.</i>	<i>An id etiam procedat in militibus rogatis?</i>	59.
	<i>& 49. An in Religiosis?</i>	60.

3 **N**atura ita comparatum esse, facile inter omnes constat, ut quoque mortalium sui conservationi studeat maximè, & vitam à Parentibus acceptam variis multiplicibusque modis ac mediis in longum producere solícite contendat: Ad quod etiam unusquisque nostram ex lege ordinatæ charitatis maximè tenetur *arg. c. si non licet §. c. 32. qu. 5.* Vita enim socialis uti vita ordinata est; sic in ea respectus cum primis habetur uniuscujusque ad se ipsum. Imò præter appetitum naturalem in sui suppositi perfectionem æque ac conservationem tendentem, omnis homo quicumque sui majorem quam aliorum habendam esse rationem novit, jure etiam naturali adstringitur, ut aliis, quibuscum vita socialis ipsi cõlenda est, utilis esse possit, ad sui ipsius amorem ac studium: Cum non tantum quisque sibi, nec parenti suo, cujus esse dicitur; sed etiam Reipubl. & civibus in ea viventibus nascatur. *l. 1. §. generaliter 15. ff. de vent. in poss. mitt.* Sed qui & alio